

puer cum aliis in viarum compitis astitis<sup>a</sup> et principem levantem caput atque dicentem, O quanta isti involventur pauperie!<sup>b</sup> nesciens, quid hec designarent, aspexi. Deductus quoque ad Neunburgam claustraalem, quia votum voverat se vivum Wien-<sup>5</sup> nam non subintraturum<sup>b</sup>, nisi de suis et rei publice hostibus dignam expeciisset ulcionem, pausavit ibidem diebus paucis. Quibus dum langwor invalesceret, omnibus ecclesiasticis muni-<sup>10</sup> tus sacramentis feliciter obdormivit in Domino XXVII. Augusti anno Domini MCCCCIII<sup>c</sup> sepultusque Wiennē<sup>\*</sup> cum patre<sup>d</sup>, cum quo et Beatrix \*\* postea anno MCCCCXIII<sup>e</sup> con- dita iacet, que a Berchtoldsdorff<sup>f</sup> deducta *est*, et eius con- thoralis \*\*\* a Sancta Clara similiter hoc includitur mausoleo<sup>g</sup>.

Huius principis qualitas supra descripta est<sup>h</sup>. Fuit enim procerere stature, pulcher facie, genis rosea rubedine suffusis<sup>i</sup>, pilis nigris et barba planis, non calamistro curvatis, et decorus, sed, quod prestancius est, hic fuit optimis moribus adornatus<sup>j</sup>. Ipsius namque precipue fuit conversacio cum doctis clericis et religiosis vita et conversacione probatis. Hinc et circa principia Christi et Virginis festa, quantum regimen patrie et rei familiaris admittebant cura<sup>k</sup>, se ad monasteria contulit ibique<sup>20</sup> divinis laudibus tam nocturnis quam diurnis personaliter affuit, lectiones in matutinali synaxi decantare, versus responsorio- rum<sup>l</sup> iuxta quorundam religiosorum presertim Chartusiensium morem personare non erubuit, ob quod quidam<sup>m</sup> ipsum plus monachum quam militem fore predicarunt. Ipse denique multa<sup>25</sup> devocione custoditos prosequebatur clericos, cum quibus et

\* Cuspinianus am Rande: O(bitus) Alberti IIII. nur A.  
\*\* Zusatz von Hand 3: eius mater A, auch BCP.  
\*\*\* Zusatz: Johanna A, auch BCP.

ABCP. a) astitil ABCP. b) intraturum P. c) MCCCCII<sup>c</sup> ABCP. d) MCCCCII<sup>e</sup> 30  
e) Berchtoldsdorff B, Berchtoldsdorff P. f) ient P. g) suffusus C.  
überrina suffusis P. h) admittebat cura B, curae CP. i) responsorium CP.  
k) quidem BC.

1) Sichtlich nur ein Abschreibehler; vgl. Windecker S. 98.  
2) Der in Klosterneuburg am 14. Sept. (nicht am 27. August) 1404 35  
versorbene Herzog Albrecht IV. wurde in der Fürstengruft von St.  
Stephan in Wien beigesetzt. 3) Vgl. oben S. 291. Herzogin Beatrix  
starb am 10. Jan. 1414. 4) Herzogin Johanna († 1410) wurde  
demnach zuerst bei St. Clara in Wien bestattet; vgl. W. A. Neumann,  
Die Fürstengruft von St. Stephan, Wiener Dombauvereinsblatt XX, 40  
Nr. 5 (16. August 1901). 5) S. o. S. 319. 6) Vgl. Adalbert  
Fuchs, Welches ist der Geburtstag Herzog Albrechts IV.? Monatsbl. d.  
Ver. f. Landeskunde v. Niederösterreich 15 (1916) 13.

dietim canonicas horas persolvit, quorum aliquos ad Sanctam Dorotheam \* Wiennē congregatos habuit, ubi et monasterium instituere decrevit, quod postea Andreas de Gars plebanus fundasse dinoscitur<sup>1</sup> ipsius, ut dicitur, plurimum stipendiis suffulatus ad hoc pariter et monitis incitatus, quod facere non valuit morte immatura preventus propria<sup>a</sup> uti voluit in persona<sup>b</sup>. Erat enim in architectonica, arte dolandi et fabrefaciendi ligna pro mensis, cistis, pulpitis et instrumentis musicis multum peritus, uti et eius opera testantur, quorum nonnulla supersunt usque ad presens, e quibus et plura manibus contrectavi et oculis perspexi.

In cuius vita eo superstite defuncta domina Hedwige<sup>3</sup>  
cuuius vita dux Wilhelmus semper in viduitate perstinxit, missis 15 nuncius dominob<sup>c</sup> Bertoldo episcopo Trisingensi<sup>d</sup>, quibusdam nobilibus et Andrea plebano in Grillenbergs ac eciam Nicolao Vorlauf civi Wiennensis idem dux Wilhelmus petivit et obtinuit sibi tradi uxorem dominam Johannam filiam regis Sicilie Karoli alias de Pace<sup>e</sup>. Que et multo apparatu Wiennam adducitur in vehiculo vitreis obstructo toribus. Cum qua fere triennio vixit et Austrianam solus gubernavit.

Nec pretereundum existimo prodigium, quod hiis annis se mundo demonstravit pro advisamento<sup>f</sup>: Nam anno Domini MCCCCII<sup>g</sup> cometa \*\*\* ingens in longitudine unius hasta porrigens retro se a vento caudam agitataam ultra unius ulne ad visum et longitudinem. Hic tempore mensis Marchi apparuit in nocte

\* Cuspinianus am Rande: S(ancta) Dorothea nur A.  
\*\* Zusatz: Wilhelmus ducis Austriae A, auch (Austriæ) BCP.  
\*\*\* Cuspinianus am Rande: Cometa nur A.

30 a) ut dictatur — propria fāu BC. b) jehu P. c) getindert avisamento A;  
avisamento BCP. d) caudam a vento P.

1) Über die Besiedelung des schon früher gegründeten Dorotheen-  
stiftes mit Augustiner-Chorherren im Jahre 1414 auf Betreiben des  
Andreas Plank, Kanzlers Herzogs Albrechts IV. und Lehrers Al-<sup>35</sup>  
brechts V., seit 1403 Pfarrers in Gars (NÖ.), s. Anton Mayer in:  
Geschichte der Stadt Wien 2 (1905) 883f. 2) Siehe ebd. 3) Über  
Hedwig, die erste Gattin Wilhelms, s. o. S. 310f. 4) Berthold von  
Wähingen, Kanzler der Herzoge von Österreich, seit 1381 Bischof von  
Freising († 1410). 5) Andreas von Grillenberg, Offizial des  
Bischofs von Passau in Wien, bekannt durch sein Einschreiben gegen  
Hieronymus von Prag (1410). 6) Vgl. Max Vansca in: Ge-  
schichte der Stadt Wien 2 (1905) 518f. 7) Johanna, Tochter des  
Königs Karl III. von Neapel (Durazzo).

P 826, A 317

C 355